UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Remedia ad ea cauenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48641

Visual Library

PRIMO Contritione.
2. Confeſsione.
3. Communione.
4. Cùm dicitur Confiteor & Miſerere.
5. Aqua benedicta cum deuotione ſuſcepta.
6. Dominica oratione, *Dimitte nobis, &c.*
7. Benedictione Epiſcopali.
8. Auditione Sacrificii Miſſæ.
9. Examine conſcientiæ.
14. Ingreſſu Eccleſiæ conſecratæ iuxta Dionyſ. Carthuſianum.
11. Tunſione pectoris, & dicendo, *Deus propitius eſto mihi peccatori.*
12. Exercendo ſe in aliquibus operibus miſericordiæ.

REMEDIA AD CAVENDA *peccata venialia.*

PRIMVM, manè proponere, ſe potius moriturum, quàm ſcienter peccatum veniale admiſſurum.
2. Fugere occaſiones, negotia, & alias conuerſationes quæ cauſſam præbent peccandi.
3. Statim dolere, ſi in aliquod peccatū lapſus fuerit, poſcere veniam à Deo, & proponere emendationem.
4. Examinare conſcientiā veſperi, &

voluntariam aliquam aſſumere pœni-tentiam.

Crebrò commendare ſe Deo, & Sa-cramenta frequentare.

REMEDIA AD EFFVGIEN-*das pœnas Purgatorij.*

PRimum, Abſtinere à peccatis veni-alibus, &, ſi quæ commiſſa ſint, do-lere de illis, & pœnitentiam agere.

2. Non adhærere huius mũdi rebus, ijsq; vti, tanquam à Deo accõmodatis.

3. Expetere purgatorium in hoc mũ-do, nam magno beneficio Deus nos af-ficit, quando id concedit.

4. Pœnitentia voluntaria. Vna enim oratio Dominica dicta in vita, multò plus valet, quàm multæ ab alijs dictæ poſt mortem.

5. Communicatio bonorum Religi-onis. Quod à paucis cognoſcitur.

6. Patiẽtia in tribulationibus, eas pro peccatis ſuis Deo offerendo.

7. Exercere ſe in operib⁹ miſericordiæ.

8. Offerre Deo omnia opera bona, tã pœnalia, quàm nõ pœnalia, pro pecca-torum ſuorum ſatisfactione.

9. Perſeueranter à Deo petere, vt nos liberet ab illis pœnis.

10. Sancta Sacramenta frequentare.

11. Mo